¶ Secundo sunt pro ista opinione plures doctores et pro opinione hen.sunt ualde pauci.Sed pro opinione pro sibi cõtraria.et quod ista emptio et uenditio pensionũ sit licita/ tenent plures doctores /et etiã henrico et suis sequacibus multo fortiores/et maioris auctoritatis. ¶ In primis enim pro ista opinione contra henricũ de gandauo est bernardus quidam doctor theologie qui est malleus suus in pluribus dictis/et specialiter in isto.et respondet ad rationes suas principales.ut.s.ostensum est. Pro ista etiam est scotus doctor ille subtilis in quarto sniarũ. Itẽ robertus anglicus. Item henricus oyta.alias de oya

Item goffredus de fontibus quinto suo quodlibeto·q·xiii· Item vlricus· Item monardus de ordie minoꝝ in summa sua· Item astensis etiam de ordine minoꝝ in summa sua de casibus libri·iii·ti·xi·et allegat hostien· Item ricardus de media uilla etiam decretorum doctor de ordine minorū in quadam questione de quodlibet· dum tamē seruetur equalitas scdm estimationem communē non ꝙ illa equalitas precii et rei empte sit in indiuidu ali ut·s·dixi· Et tenent etiam alii et specialiter scotus· Item magister iohānes gerson Cancellarius parisiensis· Item magister alexander lombardus minister generalis ordinis minorum in quodam suo quodlibeto in ciuitate ianuensi per eum deciso·qui recitat omnes magistros parisiēses quos audiuerat preter vnū idem sensisse/ ipso astense audiente ut dicit· Item dominus guillermus Cardinalis sancti Marci utriusqꝫ iuris doctor idem determinauit tempore pape martini·

¶ Vltimo pro ista opinione contra henricum uidetur esse papa· quia ipse scit et tolerat emptiones istarum pensionū·et fuit hoc a papa scitum et toleratum legitimo tempore· quare uidetur ipse esse pro ista opinione/ immo uidet̄ de hoc introducta

sufficiēs et legitima consuetudo prout apparet ex aliis p me dictis in quodam alio quodlibeto. Ibi expediui sub quodam compendio materiā consue tudinum·prescriptionū·ac acquisitionis et amissi onis possessionū tam naturalis q̄ ciuilis· immo di cit q fe·recordationis·Martinus papa quintus il·lam opinionē expresse per bullam suam approba uit et confirmauit a clero uratislauiēsis ecclesie spe cialiter consultus·Itē pro ista opinione sunt plu·res alii doctores theologi·et iuriste comuniter om nes·Quare sequit̄ q ista opinio est uera et tenēda· et illa henrici de gandauo omīno reiicienda· tum primo quia non innititur alicui bone rationi· ut patet ex solutione argumētorum per eum factorū· tum scđo· quia contra opinionem suā sunt mul·to plures doctores q̄ pro ea·tamē tertio quia docto res qui sunt contra eum sunt multo maioris auc toritatis·et sic istud septimū motiuum suū nihil ualet ymmo remanet omnino confiscatum·

¶ Ad oct iuū motiuum henrici quo mouet̄ aucto ritate gof·dicentis q usuram comittunt qui pecu·niam dant abbatie ut ab ea recipiant certas posses siones· alii dicunt pensiones tenendas toto tem·uite sue uel saltem donec eis restituatur pecunia·

Respondeo q istud dictum gof. intelligit quando aliqui tradunt pecuniã abbatie et recipiunt prediũ abbatie quod sine compatione ualet plus ad uitã hominis q̃ ualeat pecunia tradita. uel loquit in casu mutui quãdo aliqui p mutuo pecunie sue recipiunt fructus abbatie uel alicuius predii abbatie absq aliqua emptione/uel predii/uel iuris pcipiẽdi talem redditũ singulis annis. Et ubi emerent adhuc cauendum est ne emptio fiat in fraudẽ usurarum. quia licet hoc posset stare in foro cõtentioso ex forma contractus/deus tamen scit cogitationes hominũ. ut dicit tex. in fi. c. in ciuitate de usu. Vel loquit gof. quando ecclesie nõ possunt alienare sine consensu superiorũ. quia tunc huiusmodi uenditiones intelligunt potius impigneratiões. et ideo fructus debent computari in sortem. et quicqd recipit ultra usura est. c. i. et. ii. et. c. conquestus. de usu. Et q hoc casu loquat scz quando predium abbatie impignerat suadetur ex hoc. quia loquitur quãdo creditor debet recipere fructus/donec pecunia restituatur. et sic uidetur q loquatur in mutuo. Si uero gof. loqueret de uera nõ simulata emptione/tũc eius auctoritati nõ esset credendum/ exquo nullo modo probat. et multi alii et eo multo maioris

auctoritatis tenent contrariũ·ut·s·dictum est· Ex q̄bus omnibus satis apparet responsum ad quodlitum principale mihi propositũ· Et ꝓ maiori declaratione infert̄ vna conclusio ex qua inferunt̄ multa correlaria·

¶ Vsura est lucrũ nō iure gratuitũ/certũ/uel uerisimile ex re aliena ꝑ sola tp̄is dilatione ꝓueniens·

¶ Nullus pōt dari casus ꝑ ius diuinũ uel humanum/canonicũ uel ciuile/in quo usura dicat̄ licita siue cōtractus usurarius licitus·

¶ Non ē contractus usurarius si ego mutuo alicui centum ad vnũ uel duos annos/ cum pacto expresso ꝙ me liberet a quodam debito ꝑ eum a me extorta siue iniusto·

¶ Inter spiritualia potest esse ꝙ contractus nō sit usurarius si mutuē ciuitati mille cum pacto ꝙ ero liber de nō soluendo collectas/tallias/uel assisias/ donec illa mille mihi restituant̄·

¶ Mutuans lucrum nō sperans/sed gratis oblatum recipiens nō est censendus usurarius·

¶ Mutuās ex mera liberalitate et dilectiōe principaliter/ licet secundario speret de aliqua retributione/siue remuneratione/ nō est propterea dicendus usurarius·

¶ Non est cõtractus usurarius si tibi uolenti ducere blada ad angliam mutuo mille saccos frumẽti cũ pacto expresso ꝙ illa tibi deliberabo in anglia sed pro illis mille modiis debes mihi restituere mille ducentos uel quingentos.

¶ Non est usurarius contractus si nunc emam centũ modios auene deliberandos in festo io. pximo ꝑ precio tali sicut tũc comuniter ualebunt. secus si precio illo quo nunc ualent.

¶ Non semp facit usuram lucrũ ex re impignerata proueniens. sed illud semper teneor computare in sortem. etiam secundum casum decretalis siue .c. salubriter de usu.

¶ Non est contractus usurarius si mutuo uobis centũ cum pacto expresso: ꝙ si dominus legatus alamanie debite reformet terras legationis sue ꝙ lucrabimĩ illa cẽtũ. et si nõ: dabitis mihi cẽtũ. xxv.

¶ Non semp facit usuram lucrum etiã certum et pactum expressum ratione pecunie etiam ueraciter mutuate proueniens.

¶ Mercator solitus mercari legitiẽ mutuãs amico multũ instanti et indigẽti centũ: mallens in ueritate de suis soluere decem ꝗ mutuare: nisi mutuaret ex amicitia: faciendo pactum ut sibi in fine

anni restituantur centum et decem·nō peccat/nec est cōtractus usurarius/imo laudandus nō uituperādus·et bene laudandus esset si gratis faceret·

¶ Campsor huius oppidi lombardus aliqs uel alius mercator mutuās mihi in louanio centum quibus indigeo in curia/potest absqꝫ piculo usure facere pactum de eisdem centū in curia deliberandis·et sibi suo tempore cum aliquo eciam certo et determinato lucro restituendo·

¶ Pensiones annue uitales et perpetue/et maxime perpetue licꝫ nō excusarent̄ ratione dubii siue non certi uel uerisimilis lucri· ipse tñ sunt licite nedum de iure humano/ciuili /uel canonico/ sed etiam iure diuino·

¶ Pensiones uitales et perpetue sunt licite et nō usurarie·nō solum si emant̄ sup aliqua re uel fundo/sed etiā si emant̄ sup aliqua uilla uel ciuitate uel etiā aliq̄ priuata psona·pricipali uel fideiussoria·et nō solū ad vnā uitā/sed ad duas/tres plures ue·Et nō solum si emant̄ ad rōnem denarii pro·x· sed etiam pro·viii·uel·vii· dummodo hoc habeat generalis ipsius consuetudo·nec reddit talem contractum illicitū/pactum redemptori communiter apposui solitum·

¶ Licet predicta omīa sint simpliciter uera ipsa sunt intelligenda cum debitis circunstantiis et q̄ nihil fiat in fraudem usurarū· Et ideo quia sepe cōmittunt̄ fraudes et quia etiam tales cōtractus disconueniūt reipublice/ idcirco tutum est ab illis potius abstinere/ nec se periculo alicui submittere/ cum cogitationes hominū omnipotenti deo nequeunt occultari·ut dicit tex·ad litteram·in·ca·in ciuitate·de usu·Si tamen contractus tales fiāt circunstantiis malis exclusis de seipsis bene ualent omni iure nedū ciuili et canonico/ sed et diuino /

¶ Finit feliciter·

Piece 2

¶ Tractatus de permutatione beneficiorũ ecclesiasticorũ egregii domini domini Egidii de Bellamere utriusq; iuris doctoris eximii/necnõ episcopi hauinonensis Incipit feliciter·

SCire debes q̃ collectarius qui fuit cõtemporaneus meus et socius in cãcellaria domini Frederici de senis·et qui uidit tractatũ quẽ edidit idem Fredericus super materia de permutatiõe beneficiorum ecclesiasticorũ/ex illo tractatu et aliis q̃ in diebus suis in curia specialiter cõtigerunt/ sparsum recolligit multas questiões de materia supradicta et illas per singula capitula huius tituli satis impertinaciter collocauit· Et ideo ut omnes predicte et alie occurrentes questiones simul et faciliter reperiant̃/et memorie cõmendentur/ordinaui super his vnũ tractatum quem uolo diuidi in·xii·ptes· et in qualibet parte seu caplo collocabo q̃stiones· Sequuntur aũt dicte partes·

PRima pars p quas personas pñt et debent pmutationes expediri·Scda inter q̃s personas· Tertia de quibus bñficiis·Quarta qbus uocandis·Quinta per quẽ modũ·Sexta ex qua causa

Septima de impedimentis·Octaua de pcuratori bus·Nona de renūtiationibus·Decima de effecti·bus·Vndecima de recursibus·Duodecima de ali·arum rerū permutationibus·

¶ Prima pars· per quas personas possunt et de·bent permutationes expediri·

QVoniam nō ante iuris ratio q̄ persona querenda est·de iure co dicil·l·quidā referūt post prin· ideo incipiamus a personis· Verū quia nō a personis p mu·tationem hincinde mutandis/sed potius a superi oribus illas pmutantibus/ permutationē noscit principaliter dependere·ut patet hic·et·s·de p̄ben· ·c·maioribus·Idcirco primo uideamus de perso·nis p quas debent et possunt permutationes expe diri· Pro cuius articuli expeditione formo et p̄se·quor questiones que sequūtur·

PRimo ergo querit·Vtrū alius q̄ episcopus possit permutationē expedire seu auctorisa re· Et certe de iure cōmuni dicendū q̄ nō p istam litteram·Nam p̄hibita est pmutatio prebendarū ut hic in prin·et in·d·c·maioribus· Et dispēsatiue

solis episcopis ẽ permissa· ut hic dicit̃·i uer· si aũt Et ideo sic uidet̃ istud episcopale ꝙ nõ possit per alium q̃ per episcopum expediri· quia inferiores nõ dispensant nisi in casibus in iure expressis· Et sic uidetur hic in fine notari p hosti· in summa· e· ti· §· qualiter· uer· sed nunqd· et per archidi· infra· e· licet· li· vi· Fallit tamen scđm colle· in exemptis· q̃· tum ad ecclesias pleno iure subiectas· inducit col· lec· de re· ec· nõ alie· c· i· et dicit ꝙ hec sententia est Frederici· Sed salua pace non placet mihi ista ex· emptio· quia reperio ꝓhibitionẽ generalem/ et nõ reperio in illis/ sed solum in episcopis ꝑmissionẽ spẽalem· et tñ permissio spẽalis nõ debet transcẽ· dere casum· ff· de legi· l· ius singulare· infra de re· iu· que a iure· li· vi· Si igit̃ ecclesia fuit exempta/ recurrant ad papam qui est epũs exemptorũ/ sicut haberent ad ipsum diocesanũ (si ei subessent) recur rere· Et facit quia cũ in hoc epũs romanus in locũ dyocesani surroget̃/ de eo idem quod de diocesano quo ad hoc est censendũ· quia res surrogata loco al terius ꝛc· C· de rei ux· ac· l· vna· insti· de acti· §· fue· rat· et in hoc multi sunt decepti· error enĩ iuris hu iusmodi dedit multis occasionẽ usurpandi et ꝓscri bendi hoc ius/ ꝑmutatiões faciẽdi seu auctorizãdi·

Secundo querit· Vtrum ius istud per mutationes beneficiorũ expediendi seu auctorisandi·ꝑ prelatum inferiorem episcopo/utputa per abbatem uel archidi·de iure sit prescriptibile· Et uidetur ꝙ sic scdm fre· quia iste actus non ꝑtinet ad ordinem eṗalem· sed potius ad dignitatẽ/ uel iuriditionẽ· et talia bene prescribunt ꝑ inferiores ·s·de prescrip·auditis·et·c·olim·Infra de exces·prelato·c·accedentibus·Nam et eodem modo prescribitur ius uiuendi·ut no·io·an·in cle·i· de sta·mona·§·ad hec· Et idem dicendum est scdm eum de illis qui habent in loco iuriditionem eṗalem uel quasi·ut est de quibusdã abbatibus qui nõ dicunt esse in aliquo episcopatu·ut de fulcañ·et fulasceñ· ut dicit papa benedictus·xii9·in·c·i·de monachis nigris·et facit de priuile·abbates·li·vi·et quod no· in clemẽ·i·de re·ec·nõ alie·in glo·innuit scdm eũ· Sed illa modicum faciunt uel nihil· vnde credit alexander de lancella·ꝙ fre·uelit alle·cle·si vna·e· ti·in·v·glo·Placet tamẽ alexandro solutio frederici·et facit quod no·in clemẽ·quãuis· de fo·compe· in glo·ꝑ dyocesanos·que dicit ꝙ dyocesanus dicit qui habet iuriditionem eṗalem uel quasi in loco· Dum igit dyocesani permutare pñt·ut in·ca·isto·

ergo et illi qui diocesani sunt uel uice funguntur. et hoc est uerũ scd̃m fre. si inferior iuriditionem epãlem uel quasi in loco sic prescripsit: ꝙ episcopus illa uti uel illam exercere nõ possit. Secus est scd̃m eum si epũs nihilominus eam retinuisset. Sed nõ placet alexandro. quia tunc prescriptio nihil operaret̃. Sed certe hoc mihi uidetur uerum quia immo prescriptio operaret̃/uidelicꝫ iuriditionis acquisitionẽ in concursu cũ iure presentationũ. sicut apparet in pluribus consulibus .ff. de offi. ꝓ consul. l. i. §. i. ut in remeñ. bituriceñ. andegaueñ. archidi. qui cum episcopis in iuriditione epãli concurunt. et cum eis ius presentationũ habent. Subdit etiã alexander ꝙ id quod dicit freius uniendi p inferiores prescribi posse: nõ ẽ ita clarum in glo. p eum allegata ꝙ hoc uideat̃ uelle nam statim tenet contrariũ. prout ꝑlixe no. per eũ in clemẽ. i. de re. ec. non alie. Et est ratio. qa vnio est dispensatio q̃ solis episcopis est ꝑmissa. de exces. prela. sicut. Nam quelibet ecclesia debet habere rectorem. de preben. cum nõ ignores. nisi ꝓpter pauptatem/uel alias necessario vniant̃. Ista ergo dispensatio episcopis permissa nõ potest fieri per inferiores contra iura. Et pro hoc facit optime qd̃

no·per hostien·de offi·archi·cum satis·ubi dicit ꝙ in facto auctorisabili per inferiorem prescribi nō potest·nam si hec opinio uera est·idem uidet̄ dicē dum in permutatione cū sit a iure inhibita·ut hic et in dicto·c·maioribus·et no·archi· de cōsue·c·fi· li·vi·et nouel·post eum super uerbo alios·nisi epi scopus uiderit ex causa permutationem esse utilē de loco ad locū·ut hic in fi· et sic soli episcopo ui· detur esse pmissum hoc facere contra illa iura·hoc nō posset inferior·et hoc finaliter alexādro placuit

¶ Sed collec·tenet simpliciter ꝙ auctās permu· tandi p inferiores prescribi potest·et inducit alle· gata per fre· Et refert se scire ꝙ ita seruatur cōiter et ꝙ plus seruat̄ uidelicꝫ ꝙ inferiores faciūt pmu tationes in ecclesiis spectantibus ad eos pleno iure· Quid dicēdum·Certe credo distinguēdum · quia aut loquimur(p̄scriptiōe cessante)de ecclesiis spectā tibus ad inferiores pleno iure·et de illis dico infe riores hoc nō posse·per ea que scripsi in questione supra proxi·ver·sed salua pace·Aut querimus(ces· sante prescriptioē)de ecclesiis in qbus inferiores p̄ lati habent iurisdictionē epalem uel quasi·sed nō p exclusionē episcopi· Et hic nullum dubiū·quia tales inferiores hoc non possunt etiam secundum

fre·et alex·aut querimus(etiā prescriptione cessan·te)de ecclesiis in quibus inferiores habent iuriditionē temporalem uel quasi p exclusionē episcopi et tunc licet iste casus sit magis dubius/nihilominus starem cū stepha·uidelicet ꝙ tales inferiores hoc nō possunt·p ea que scripsi ī predicto uer· sed salua pace·et p motiua hostien·et alex. ¶ Et pbo hoc etiā ratione·nā aut talis hābet huiusmodi iuriditionē ex priuilegio/aut ex prescriptiōe· Si ex priuilegio·dico ꝙ priuilegiū nō debet extendi ad casum istum·quia priuilegiū istud cū sit iniuriosum episcopo strictam interpretationē recipit·s·de consue·cū dilectus·infra de priuil·si papa·li·vi·cū similibus·Et sic nō debet extēdi ad casum ita iuri contrariū/sed debet interpretari scdm ius·de p̄scrip·c·causam que inter·de inoffi·testa·si qn̄·C·de preci·impa·of·l·nec damnosa·et quia talia nō sūt ꝓpria iuriditōis epālis/sed potius cuiusdā ꝯcessionis seu permissionis spēalis et sic in cōcessione iuriditionis epalis uenire nō debent·quia concessio non facit illum cui concedit̄ episcopum et sic non dat que sunt episcopo dūtaxat specialiter reseruata ar·ff·de offi·eius cui mā·est iuriditio·l·i·in prin·et de peni·et remis·c·ii·li·vi·Si uero inferior iuridi

tionem episcopalem acquisiuit p prescriptionem/
adhuc nō potest extendi ad casum istum·qa talis
prescriptio q̄ contra ius est/nō est extēsibilis de ca
su ad casum/sed solum quantū possessum tantum
prescriptū·ut infra de deci·cū contingat·et nota·per
inno·de of·archi·dilecto·¶ Aut q̄rimus de p̄scri-
ptione·et tūc forte adhuc pcederet opinio stephani·
canonica consuetudine circūscripta·p ea q̄ legūtur
et no·infra de re·iur·li·vi·que contra ius fiunt·et·c·
qui contra ius mercaē·iuncto·c·possessor malefidei
e·ti·et iunctis no·hosti·in·c·cum satis de off·archi·
¶ Aut querimus de consuetudine tanto tempore
obseruata q sufficiat ad prescriptionē·et tunc certe
credo q p illam possit acquiri hoc ius inferiori·nā
hoc concedi alicui nō est irrationabile/quando cau
sa subest ut hic pbatur· Et sicut ex causa canonica
hoc concessit episcopo/ita potuisset inferiori conce-
dere si uoluisset· et p cōsequens hoc pōt concedere
consuetudo rationalis et prescripta·ff· de legi·l·de
quibus·et·s·de cōsue·cū tanto in fi· et in hoc cōiter
seruaē opi·fre·et collec· Et eodem mō de vnione ui
denē dicenda ex idemptitate rōnis·

TErtio querit· Nunquid officialis uel uicari
us ep̄i possit pmutationē expedire? Erede·

uero magis querebat ĩ specie an officialis ut uicarius episcopi qui alios potest ĩstituere et cõfirmare ut no·cõiter de offi·uica·c·fi·lic3 nõ conferat·possset permutare duos prelatos quorũ electiones si de nouo fierent·possent confirmare Ad quã respondet fre·ꝙ nõ ·duplici ratione·Prima scđm rationẽ inno·de renũ·qđ in dubiis·q̃ placet pau·et io·an·nõ improbat in cle· vnica de renũ· uidelicet ꝙ ille qui potest inuitũ quem destituere ꝛc·uicarius enĩ nõ potest quem destituere·de offi·uica·c·ii·li·vi·ergo nec renũtiationem recipere·sed in permutatiõe necesse sunt renũtiatio et collatio·ut infra·e·licet·Scđa ratio est· quia uicarius non potest ꝯferre bñficia uacantia spectantia ad collationẽ epi·ca ·si·de offi·uica·li·vi·et tñ in pmutatione necessaria ẽ collatio·La·tamẽ dicit ꝙ ·c·ii·de of·uica·li·vi·non loquitur de uicario·sed de officiali·et ꝙ uicarius potest destituere·ut no·io·an·in clemẽ·vnica·de offi·uica·Dicit tñ la·ꝙ opi·io·an·sibi nõ placet·qa ille actus destitutionũ requirit speciale mandatum·et posito ꝙ haberet generale mandatum destituendi adhuc obstat ratio·sc3 ꝙ non põt·Et subdit ꝙ oportet ꝙ habeat licentiã pmutationes expediendi· etiã de beneficiis spectantibus ad collationẽ episcopi·



cum inhibitio sit generalis·in·d·ca·fi·ꝓpter quod tenet la·ꝙ talis uicarius nõ potest ꝑmutare·Alexã dro uero nõ placet prima ratio fre· quia per·c·ii·de offi·uica·li·vi·solum loquit̃ de destitutiõe q̃ fieret ꝓpter crimen·ut ibi no·nouel·super uerbo benefi-ciis· ponens questionẽ disputatam bononie de ui-cario qui ad petitionẽ patroni absentis cum uacaret ecclesia vult remouere institutũ iniuste per ep̃m/ an hoc possit·et sic patet ꝙ põt destituere/dummõ non ꝓpter crimen·et sic nõ obstat illud quin possit renũtiationẽ admittere·ad quod facit quod ibi di-cit io·an·scilꝫ ꝙ vicarius cognoscit de matrimonio carnali·ergo multomagis de spirituali inquo inť uenit arbiter/nõ in primo·de resti·in integ·c·pnſt· Item nec secunda ratio fre·placet alexandro· quia licet nõ possit conferre/ nõ est ista causa sufficiens permutationẽ impediendi· Nam epũs non potest conferre beneficia spectantia ad collationẽ inferio ris·illa tamẽ permutat· ¶ Item supposito ꝙ ad officialem spectaret collatio/non sequeret̃ ex hoc ꝙ posset permutare·quia inferiores qui pñt conferre/ non permutant·ut no·ꝑ glo·in clemen·vnica·in fi· infra·e·et per archi·et nouel·infra·e·sup glo· quid si·Et est ratio·quia ꝑmutatio est ꝓprie episcoporũ/

ita ꝙ nullius inferiorum·in predicta cle·vnica·
¶ Item quia maius est pmutare / q̃ conferre quod spectat ad inferiores·et sic cũ collatio nõ transeat in generali mandato·ut·c·fi·de offi·uica·li·vi·multo minus pmutatio·ar·cle·non põt· de pcu·et·c·ii·de peni·et re·li·vi·et·c·in generali·de re·iudi·c·li· Et hoc firmãs la·dicit ꝙ iste actus requirit spẽale mã·datũ·Collectarius refert guil·ĩ cle·i·de re·permu·tenere ꝙ uicarius non põt facere permutationẽ·et placet sibi hoc / nõ per rõnes fre· ut qa permutatio requirit dispensationẽ / et quia nõ possit ↄferre ꝛc·
¶ Ego aũt puto ꝙ uicarius hoc non possit / et mi·nus officialis·quia hoc nõ est simplr iuriditionis epãlis·sed cuiusdã iuris permissione / episcopo cuiꝰ industria seu auctãs hic uidet̃ considerari specialr reseruat̃·et ideo generali cõmissione nõ transit·ut ·ff·de offi·eius cui mandata est iuris·l·i·in princi·et·s·de offi·dele·ca·fi·
Q Varto querit̃·an caplm sede uacante possit facere permutationes·Fre·uero querit aliter uidelicet an etiã caplo sede uacante possit etiã fieri resignatio beneficiorũ ad collationẽ solius episcopi ex causa permutationũ·Et dicit ꝙ uidetur ꝙ non·quia caplm non põt talia beneficia conferre·g° nec

permutare·ut no·e·deme·vnica Sed contra uidet·
nam capl'm tanq uices gerens epi potest beneficia
tos priuare·no·in de·i·de renu·Et sic episcopus suc
cessor pficiet permutatione quam uicegerens licite
inchoauit·fa·quod no·p inno·de rescrip·eam te· Et
si episcopus hoc noluerit/tunc aut isti redibunt ad
sua priora beneficia·aut recurrent ad superiore epi
Sed dices q licet capitulum possit corrigere/puni
re/et priuare· quia hoc pertinet ad meram iustitia·
immo et super correctioe statutu possit facere·ut di
sputauit alexan·perusii·de qua questione facit me
tionem nouel·in c·vnico·de ma·et obe·li·vi·no tn
renuntiatione recipere·cum hoc potius fit gratie q
iustitie·et potius ptinet ad uoluntariam q conten·
tiosam iuriditione·Sed certe hec ratio non urget·
quia plura pot facere capitulum que sunt uolunta
rie iuriditiois·ut no·in glosis ad quas remittit io·
an·de ma·et obe·c·vnico li·vi· Vnde epus ex causa
permutationis pot recipere renutiationes benefici
orum q ipse conferre non pot/puta reseruatorum
nec nocet temporis interuallum ut dicet infra·Ca
ueant tn sibi ne ante collatione amministrent/ ne
penam incurrant·de elec·auaritia li·vi· de pben·eu
qui li·vi· La· aut fatetur q licet epus non possit

beneficia reseruata conferre/potest tamē eorum re-
signationem recipere/si ad suam collationem per-
tineant · quia licet prohibitus sit conferre/ non est
prohibitus resignationem recipere ¶ Deinde dicit
ꝙ sic uidetur esse dicendum/uidelicet ꝙ resignatio
nem gratiose factam nō potest recipere capitulum
sede uacante· ad quod facit de renūtia·c·admon.t·
Sed si fiat in penam resignantis/ tunc potest·e·ti·
ca·quidam·et in extraua·iohan·xxii·que incipit ex-
ecrabilis·§·qui uero·et·§·ceterum· ¶ Alexander
autē distinguit· quia aut episcopus successor inue-
niens ista beneficia etiam causa permutationis co-
ram capitulo resignata/admissionem et renuntia-
tionem huiusmodi per capitulum factam habet
ratam·et tunc ualet admissio·et ipse permutationē
perficere potest · Nam etsi tota permutatio per ca-
pitulum facta fuisset/ipse eam ratificare potuisset
cum capitulum non prohibeat permutare/nisi be
neficia spectantia ad collationem episcopi· ut dicit
nouel·in clemē·i·e·ti· ergo eo cōsentiente cessat in-
hibitio·et sufficit talem consensum interuenire ex
post facto·ut dicetur infra ¶ Aut episcopus illam
non vult ratificare·et tunc siue pmutatio completa
sit siue non/ episcopus ambo illa beneficia aliis

conferre potest tanquã uacantia· Nec obstat clemẽ. ·i·e·ti·que vult ꝙ conferri nõ possunt nisi permu· tãtibus· quia illud uerum est quando renũtiatio legitime facta est in manibus illius ad quem spe ctat ·vnde dicit ibi littera/concessione iuris utenti· bus· Isti aũt ea non utebanẽ/ sed abutebãtur/cum ius hoc sibi non concedatur·et facit quod ibi no·in glo· ¶ Nec ẽ uerum ꝙ isti possunt regredi ad be· neficia ubi episcopus nõ ratificat renuntiando in manibus capituli·et ideo deb; ei imputari· Nam exquo in renũtiatione nõ interuenit consensus illi us ad quem spectat collatio/ nõ habet permutans recursum ad beneficium propter suam culpam·li cet permutatio nõ sortiatur effectum·ut no·per io· an·in·c·licet·in glo·quid si·et hunc credit fuisse in tellectum lapi·dum distinguit inter renuntiatio· nem gratiosam et factam in penam ¶ Nec obstat quod dicit hic fre·ꝙ episcopus potest recipere renũ tiationem beneficiorũ reseruatorũ ut patebit infra ¶ Collec· uero in capitulo exhibita in·v·q· recitat dicta frede· et ad illud quod dicit frede· ꝙ capitu· lum multa gratiosa facere potest/ etiam amplifi· cat dicens ꝙ beneficia spectantia ad collatione pa· pe commendare potest·ut notaẽ per iohan·andree·

de elec·nemo in fi·magne glo·quod etiam dicitur fuisse allegatio fre·Sed ista allegatio est falsa scd̄m alexan·et credit fuisse uitiū scriptoris·nam contrarium eius no·ne se·ua·c·ii·post vincē·et in·c·vnico·e·ti·li·vi·ubi notat̄ ꝙ capitulum sede uacante non potest cōmendare beneficia spectātia ad collationē episcopi· Subdit etiā collec·ꝙ id quod dicit fre·ꝙ epūs potest recipere renuntiationē beneficiorū que ipse conferre nō potest puta reseruatorū/ipse credit uerum si imminet necessitas· alias secus· ut apparet in his que colligunt̄ de ma· et obe· cum olim· nisi plena dispositio beneficiorum spectaret ad episcopum·et sic seruat consuetudo·licet de iure secus secundū eum·plus dicit se nō credere sententiā fre· uidelicet ꝙ capl̄m se·ua·posset recipere resignatōes ex causa pmutationis·exquo scd̄m eum permutationem facere nō potest/cum totū per vnū debeat expediri·ut hic·et quia alias multa aperta incōuenientia sequerent̄· maxime quia cum sit possibile sedem uacare longo tpe et p consequēs et illa bn̄ficia nō debemus dare causam tā diuturne uacatiōi sine magna cā·de elec·q̄sit·li·vi· ¶ Preterea scire debes ꝙ ipse collec·infra ad q̄stiones in·iii·q·refert ꝙ pau·in cle·i·de hereti·dicit ꝙ capl̄m potest facere

cõmendam de beneficiis spectantibus ad collatio-
nem episcopi/uel cõiter ad collationẽ suam et epi
ar·ne se·ua·c·i·li·vi· Quid dicendũ? Certe hic sunt
tres difficultates· Prima difficultas est· an capl̃m
se·ua·possit permutatiões facere· Et certe puto ꝙ nõ
siue ad suã solum/ siue ad episcopi solum /siue ad
suam et episcopi cõiter·siue ad cuiuscunq; alterius
siue ad quorũcunq; aliorum collatiõnẽ/talia bene
ficia ptineant·quia hoc nullo iure reperit̃ ↄcessum·
capitulo·et tñ solis episcopis specialiter est permis-
sum·ut pt; ex his que satis diffuse scripsi in tribus
q̃stionibus precedentibus· p que apparet ꝙ nõ est
bonum argumentum si capitulum in ep̃ali iuri-
ditione succedat/ꝙ succedat propter hoc iure·et hoc
uerum nisi hoc haberet de cõsuetudine·per ea que
scripsi ad fi·proxi·prece·q· ¶ Et hoc uidetur satis
placere alexandro ne uideatur contrariari frede·ut
pat; ex dictis·Secunda difficultas est utrum possit
admittere renuntiationes ex causa permutationis
Et certe si alio iure ad capitulum renuntiatio non
pertinet/ tunc nec hoc de iure ad eum pertinebit·
quia si non ualet principale/nec ex eius consequẽ
tia accessorium ualere potest ·C· de legibus· non
dubium ·ff· de vul· et pupil· lege ex pupillari ·

Si uero alio iure ad capitulum admissio renūtia tionis ptinet/ tunc reducit hec difficultas ad illud dubium an quando permutatio ualere nō potest· tunc aūt nihilominus renūtiationes·de quo infra dicam·Tertia difficultas·an epūs debeat admissio nem renuntiationū factam p capitulum ratificare· Et certe si illa admissio ad episcopum nō spectet/ra tificationi huiusmodi nō est locus· Ratio quia ex causa pmutationis ualere nō poterat/per predicta· nec etiā ex causa simplicis renūtiationis per ipsum admitti poterat·et sic nomine episcopi fieri nequi bat·Et si ad episcopum alias pertinebat/et capitu lum suo nomine fecit/epūs nō potest ratū habere· ut infra de re·iur·ratum li·vi·Si aūt hoc facit tanq̄ iuriditione epali utens/ potest epūs ratificare/ar· eorū que le·et no·p inno·de rescrip·c·eā te alle·

Quinto querit· Coram quo pmutare habeāt duo habentes bñficia i diuersis diocesibus· Fre·dicit q̄ expedita esset questio si vnus commit teret alteri/ uel si ambo cōmitterent vni et eodem momento·Sed quid si his omissis/seruatus fuerit talis modus· Tu et ego habentes beneficia in di uersis diocesibus illa permutare uolentes/ iuimus primo ad episcopum meum eidem exponentes·

nos intendentes beneficia nostra ꝑmutare· et ego paratus sum renūtiare beneficio meo in manibus uestris causa ꝑmutatiōis fiende cum isto/ ut illud eidem conferatis·factaq; per me/ et admissa p episcopum meum renūtiatione beneficii mei·secutaq; collatione episcopi facta tibi· et te in possessionem inducto cū diceres te paratum idem facere cū epo tuo·Postea iuimus ad episcopum tuū·et ille renūtiatione tua precedente/idem facit mihi de beneficio tuo·nūquid talis modus cū tali interuallo de iure ꝓcedit/Dicit fre·ꝙ cardi·et io·an·in·c·lic; suadent ꝙ omnia fiant in instanti·etsi ambo sint presentes/reputabuntur tunc pro vno·ar·infra de sen· excōi·per illorum·in fi·et·ff·de condi·et de·l·cum fundus·alias possent multe difficultates insurgere· Et si beneficia huiusmodi curata erant·et primo optinuisti renūtiationem et collationē tibi de meo fieri/et te in eius possessionem induci· tūc per huiusmodi assecutionē beneficii mei uacat bñficiū tuū p·c·de multa·s·de preben·et·c·licet·e·ti·li·vi·et sic nō poteris renūtiare beneficio tuo qđ tu iam perdidisti·et sic nō poterit sequi permutatio·Sepe eni ultra id qđ agit/aliud nascit·infra de spō·c·is q·et de despon·impu·c·vnico·li·vi Sed in ɔtrariū facit·

quia recepisti possessionem/nõ simpliciter/ sed ob causam·quia patus idem facere de tuo·et ideo non debemus inducere aliam speciẽ uacationis de qua nõ fuerat uerisimiliter cogitatũ· Preterea possessio secundi beneficii nõ inducit uacationẽ primi/ nisi episcopus tacite uel expresse consenserit· iuxta no·p io·vii·q·i·siqui uero·xxii·q·ii· siquis iam trãslatus Et alia exempla ex quibus insurgit intricatio·uide p nouel·in·c·licet·❡ Alex·dicit ꝙ omẽs intricationes cessare possunt p hunc modum· uidelicet ꝙ renũtiationes per quemlibet in manibus sui episcopi fiãt hinc inde·et secutis postea collationibus cessat intricatio fre·nam assecutio vnius tunc non potest inducere uacationẽ alterius/cum iam p precedentem renuntiationẽ inducta sit·Procedant ergo ambe renũtiationes antequã ad collationem alterius procedat̃/nec nocet tẽporis interuallum maxime si recipiant resignationes qui eas ex causa p̃dicta recipere possunt·licet tutius sit ꝙ omĩa simul fiant secundũ eũ· Collec·refert archi·notauisse ĩ·c·licꝫ·ꝙ cũ beneficia pmutãda sunt in diuersis diocesibus nõ põt pmutaº fieri·sed ↄtrariũ seruat̃ de facto/et bene scd̃m eũ·Tum qꝛ uidet̃ eadẽ equitas et eadẽ ratio·tũ quia uidet̃ probari in de·i·infra·e·ti·

Et ita no·per nouel·in·c·licȝ·Sed in contrariũ facit in ꝑmutatione debeo de meo facere tuũ/et econtra· quod non pōt tunc fieri· quia epũs tuus nō potest me trãsferre inuito episcopo meo/nec econtra·et sic uidet̃ opi·archi·uerior de rigore iuris·quia actus ꝑ mutationis uidet̃ indiuisibilis scđm eum ¶ Ego aũt puto siquidem esse communem opinionem q̃ habet permutationẽ sic posse fieri·et hoc cum consi liis supradictis·maxime quia curia romana et can cellaria ita seruant·

Sexto querit̃· Nunqd legatus possit ꝑmuta· tionẽ facere? Fre·uero sic format·q·i·Pone ꝙ papa concessit legato ꝙ possit auctãte aplica reci· pere resignationes beneficiorũ a uolentibus ꝑmu· tare·et illa postmodum auctãte apostolica cõferre· poterit ne beneficia ꝑmutare? Et in hoc supponit ꝙ ꝑmutationem de aliis beneficiis facere possit· cum de reseruatis specialiter querat · Videtur ꝙ sic·qa hic uidet̃ habere speciale mandatũ·Sed ipse credit ꝙ generalis cõcessio nõ se extendit ad illa q̃ sibi sedes aplica specialiter reseruauit·ut·s·de offi· lega·ꝙ translationẽ·et·ff·de mino·l·illud·§·si talis et infra de re·iu·c·in generali cũ ɔcor·et qđ no·ii·q· ·v·q̃ de causa·sed melius facit de preben·li·vi·c·ii·

¶ Lapus tamen dicit ꝙ hoc fallit ubi omnia be
neficia illius ꝓuintie ad quam legatus destinatur
reseruata essent/ut concessio aliquē sortiret̄ effectū·
Alexan· dicit ꝙ quatuor modis spectat ad papam
collatio· ¶ Primus est ex plenaria potestate·xxii·
di·omnes·et de preben·c·ii·li·vi·in prin·Et iste mo
dus nō aufert potestatem inferioribus conferendi
ad quos de iure spectat·de quo uide de elec·quanq̄
in glo·magna·nisi postquā papa contulit uel ꝯfer
ri mādauit in casibus in quibus afficiunt̄ manus
ordinarii·de quo de conces·preben·si soli·et·c·si cui·
li·vi·Et in isto casu nullum dubium est quin lega
tus possit de talibus ꝑmutationem expedire·

¶ Secundus modus est ꝑ deuolutionē ex negli·
gentia inferioris·de quo in·c·nulla·de ꝯces·prebē·
et in·c·ne pro defectu de elec·et in isto casu inferior
ad quem pertinebat collatio huiusmodi beneficii
nō potest ꝑmutare·quia iam ꝓpter negligentiam
suam collationem amisit·sed legatus illa conferre
potest·ut in·c·i·de offi·lega·li·vi·scd̄m vnam lectu·
ut ibi no·prout pōt executor pape· ut in clemen·si
beneficio de preben·Et in isto casu etiam nulli du
bium quin legatus possit recipere resignationē ta·
lium beneficiorū·et ex certa scientia illa conferre·

¶ Tercius modus est per uacationem in curia·ut de preben·c·ii·li·vi· Et in casu isto legatus etiã in terminis ꝑpositis non posset permutare· quia illa non potest conferre p tale mandatũ generale·cum littera in·d·c·dicat sub quacunqꝫ forma·et hoc uerũ nisi papa consentiat· Nam sola impotẽtia ꝯferendi beneficiũ/nõ aufert potestatẽ permutandi·nam epũs permutat beneficia spectãtia ad collationem aliorũ/sed necesse est ꝙ interueniat consensus eorũ qui sufficit expost facto/ut dicetur infra per quod uidet̃ ꝙ sufficiat consensus pape expost facto·Sed istud falsum ẽ in casu isto·qa collatio legati oĩno nulla esset·per fi·illius·c·ii·Vnde ratificatio nõ haberet locum·de elec·qđ sicut·et·c·auditis·Sed potius credo ꝙ exquo papa ex certa scientia confirmat quod legatus fecerat/illi sunt tuti·quia extũc talis collatio dicit̃ apostolica·de preben·li apostolice·

¶ Quartus modus est per reseruationẽ·de quo in themate nostro·et tunc credit alex·illud quod dicit fre·nec placet sibi dictum lapi ante factũ·quia licꝫ omnia beneficia in tali ꝓuincia sint reseruata/ tñ ille concessiones nõ operant̃ ꝙ illa possit conferre· nec obstat quod dicebat ut res potius ualeat zc· ut in·c·abbate alle·quia ibi uerba illud poterant im

portare·hic secus·alias sequeret᷑ ꝙ si impetro bene
ficiũ primo uacaturũ in certa diocesi ubi non sunt
nisi curata·ꝙ mihi deberet᷑ curatum·de preben·cũ
illis·li·vi· Nã si ego expressissem ꝙ ibi non essent
nisi curata·forte papa nõ dedisset mihi litteras·Et
idem in ꝓposito quod no·archi·de rescrip si papa·
·e·li·Et ibi io·an·post ipsum super glo·fi·ubi dicit
ꝙ si ego habeo gratiam sup fructibus primi anni
percipiendis usq; ad certũ tempus·licet illi pareant
casu a te uel alias·non tñ percipiã fructus secundi
anni·Et ita loquit᷑ io·an·post archi·de elec·si procu
rator·li·vi·Collec·recitat dicta fre· et ꝑ exceptione
alle·de priuile·c·in his·et·c·si papa·sed nulliter il
lam ꝓbat·quia propter hoc nõ sequit᷑ ꝙ legatio sit
inutilis· Ego aũt distinguo tres casus·Primus
est an legatus possit permutare in non reseruatis·
ut hic·Dico ꝙ sic·si sit de latere·quia maior ē in ꝓ·
uintia post papam·de elec·si abbatem li·vi·Sed se
cus si non sit de latere· prout legit᷑ et no·in·c·i·de
offi·lega·li·vi·Secundus casus est quo ad benefi·
cia reseruata·et hic dico ꝙ non põt·etiã si sit legatꝰ
de latere ꝓpter defectum potestatis conferendi·ut
patꝫ per quandam extraua·benedicti xii·declaran·
tem extraua·ad regimen eiusdē benedicti·nisi sup

hoc mandatum haberet speciale·nec puto qd̄ suffi-
ceret illud·de quo in·q·fre· ¶ Tertius casus est in
casu quē ponit fre· in quo idem puto quod in pxi·
precedenti·quia in generali mandato·non transeat
reseruata·de peni·et remis·ca·ii·li·vi·§·i·et ī ceteris
cum stepha·et alex·

Septimo querit· Vtrum epūs possit facere p-
mutationē de beneficiis que spectāt ad col-
lationem uel confirmationē aliorum· Fre·dicit q
non potest hoc facere sine illis/inducens illud qd̄
infra dicā de prelatis duarū ecclesiarū collegiatarū
¶ Sed fateē q nec inferiores sine episcopo·qa iste
actus solis episcopis est pmissus/et ceteris prohibi
tus·et in hoc consentit alex· Collector arguit q tūc
in manibus eorū ad quos pertinet debet fieri resi-
gnatio et collatio·sicut in simili·xii·q·ii·placuit·et
·c·abbatibus·xvii·q·iiii·in uenditionibus ubi illi
quorum interest alienarunt/ et episcopus auctori-
sat· ¶ Refert tamen io·an·et pau·tenere contrariū·
in clemen·i·infra·e· Concludit collec·q episco-
pus totum faciet/consenciētibus tamen illis quo-
rum interest·et hoc dicit bene probari hic in fi· et
ad hoc alle· de elec· cum inter vniuersas in fi·et q
idem canonicus potest eligere p se·et ut procurator

nomine alieno·de elec·si quis iusto·li·vi· Ego aũt
sto cum collec·ꝙ actus iste omnibus aliis est ꝓhi
bitus et soli episcopo ꝑmissus ut hic·et sic ē necesse
ꝙ epũs hoc faciat/uel ꝙ iste casus remaneat impro
uisus ·quod nõ est credendum·Et quia potestas ꝑ
mutandi episcopo generaliter est permissa·nec iste
casus a tali ꝑmissione excipit̃· Ex quo infero ꝙ si
beneficia ad collationem epĩ et alterius·uel ad col·
lationem episcopi et ad presentationẽ alterius ꝑti·
nerent/solus epũs(illis tñ consentientibus)ꝑmu·
tationem expedire posset ut dicit collec· Ita no·per
docto·infra·licet·

Ctauo querit̃· Nunquid epũs ordinarius permutationẽ alias sibi de iure ꝑmissam/ potest apud sedem apl̃icam expedire· Ex·tenet ꝙ licet resignationes ibi recipere possit/ nõ tñ potest ibi permutationem perficere·quia statim receptis resignationibus est uerũ dicere ꝙ beneficia uacant in curia/et ꝑ consequẽs ꝙ ad solum papam spectat collatio·ut predicto·c·ii·de preben·li·vi· Ad qđ in·ducit·collec· pro et cõtra·in·q·de annualibus·de q̃ infra dicam·Collec·inducit in contrariũ equitatẽ· de qua habet̃ infra·e·licꝫ ibi· in manibus tuis· Et quia hic littera uidet̃ dicere ꝙ ordinarius q recipit

resignationē potest facere permutationē. Sed ipse
fatet̄ q̄ tutior est opi. fre. propter generalitatē uer-
borum predicti. c. ii. et ꝑpter dubium ꝑ quo semꝑ
fit interpretatio in curia romana. ut. ca. si a sede. de
preben. li. vi. et in cle. i. ut li. pen. et quia hanc sentē
tiam amplectitur curia. ¶ Ego aūt sto cum eis / ni
si in casu in quo ordinarius loci / in quo est curia /
de beneficiis ibi existentibus cū subditis suis cau-
sa originis seu beneficiorū ibi stantibus permuta
tionē expediret. ar. de ꝑben. c. presenti. §. sane. li. vi.

NOno querit̄. Vtrum abbas possit dare pote-
statē permutatōis faciēde inter duos mona
chos subditos suos de beneficiis ad ipsius abbatis
collationem spectātibus? Refert collec. se audiuisse
a multis dicentibus q̄ nō. quia hoc est episcopale.
ut hic. quod ꝯcedit collec. iure. permutatōis. dicit tū
q̄ abbas ex officio tales monachos mutare posset.
sicut alias eis ꝓuidere. cum tota dispositio persona
rum spectet ad eum. xviii. q. ii. nulla. quia nec hn̄t
mōachi uelle nec nolle. de elec. si religiosus. li. vi.
Dicit tamē q̄ hoc casu haberet locum uacatio. nec
uendicaret sibi locum. c. licet. et clemē. i. infra. e. ti.
et credo q̄ bene.

Decimo queritur. Nunquid episcopus committere potest alicui q̄ recepta tali resignatione talis beneficii et tali ex causa permutationis illud conferat alteri compermutāti ex causa predicta. nunquid ille possit. Refert collec. se audiuisse plures dicentes q̄ nō. per. c. deliberatione. §. phibemus. de offi. le. li. vi. Sed subdit q̄ ibi nō loquitur in illo casu. Unde uidet̄ sibi contrarius cum cesset ratio illius. §. et aliorum iuriū similium. cum beneficia sint hoc casu permutantibus affecta. ut cle. .i. infra. e. Et ideo no. pe. bene post inno. et abba. s. de preben. c. inter cetera. q̄ resignatis beneficiis ex causa permutationis nō censent̄ uacare quo ad hoc q̄ aliis conferri possint. Et hec satis placent.

¶ Secunda pars de personis que beneficia pmutare possunt / seu inter quas per episcopum permutatio fieri possit.

VIso de personis per quas/ Nunc uidendum de p̲sonis inter quas p̲mutationes expediri possunt. Pro cuius declaratiōe formo q̄stiones q̄ sequunt̄.

PRimo ergo querit̄. An habens tantū ius ad rem/ illud p̲mutare possit cum habente ius in re. Et an duo habētes iura ad rem/ illa inuicem p̲mutare possint. Ere. dicit ꝙ io. an. i. c. licꝫ. et guill̄. de mon. lau. in extraua. io. xxii. sedes ap̄lica tenent ꝙ nō. et bene scd̄m eum. quia beneficiorū sit adinuicem p̲mutatio. quod deficit. ar. ff. e. ti. l. i. in fine et. ff. de cōdi. cau. da. l. fi. Item quia cessat ratio huius decre. nam exspectantes nō habent nisi litteras personales q̄ ad alium transferri nō possunt. de offi. dele. p. et. g. Etsi executor meus tibi prouiderit/ mandatū excedere dicet̄. contra. c. cum dilecta. de rescrip. et. e. ti. c. si clericus. i. respon. li. vi. Nec obstant no. de rescrip. ad audientiam. ii. ubi dicit ꝙ habens litteras ad beneficiū/ potest ex pacto renuntiare ut habeat illud beneficiū pensionem reddens. qa in spūalibus adinuicem potest fieri p̲mutatio/ cum ius ex litteris competens/ ibi in aliū nō transferat̄ sed p̲ renuntiationem extinguit̄. licet renuntians

per hoc beneficium consequatur quãuis ibi pactio non precedat. La. tamẽ dicit ꝙ existentes canonici auctãte apl̃ica/licet ultra numerũ exspectent p̃bendas uacaturas possunt canonicatus pmutare inter se/uel cũ aliis ad alia beneficia. et hoc poterũt auctoritate diocesani. nec erunt post auctãte apl̃ica canonici. nec habebunt ius ad uacaturas prebendas. nec habebit in his locum reuocatoriũ. de quo de p̃ ben. quedã. et de conces. prebẽ. c. si. Sed secus scd̃m eum si nõ essent canonici/sed exspectarent canonicatus et p̃bendas/aut essent alias exspectãtes. tales enĩ permutare nõ possunt. ¶ Alexã. aũt approbat dicta io. an. et fre. et reprobat dicta la. Suppoĩt enĩ ante omnia ꝙ in ecclesia sit certus numerus ꝙ alias ultra numerũ non possunt esse canonici. Tunc dicit ꝙ si talis numerus est confirmatus p papam cum decreto/permutatio nõ habet locum. q̃a tunc inferior preter legatum de latere/ illum nõ potest frangere. ut dicẽ infra parte. iii. q. vi. Sed in pmutatione interuenit renũtiatio/et noua collatio. et sic facta collatio p inferiorẽ ultra numerũ ualere non potest. Nec obstat ꝙ numerus factus est p papam in p̃sona illius in cuius locum iste successit. iuxta litterã is qui in ius. et quod dicã infra parte. v. q. v.

nam hoc esset contra imaginationē La·qui dicit ꝙ·
iste nō erat canonicus/nec exspectabit auctāte apħi
ca·nec habebit in eo locum reuocatoriū·et facit be-
ne quod de numero rescrip·no·p io·in·c· licꝫ ī glo·
quid si·et quod scripsi infra parte·iii·q·vi·Item fa
cit optime quod scripsit la·de p̄ben· cum ī ecclesia
super uerbo implet·ubi querit·Pone ꝙ in ecclesia
est numerus canonicorū duodenarius/et numerus
·xiii·prebendarū quarum vna debetur dignitati q̄
est in ecclesia·papa contulit ticio canonicatū man-
dans executoribus ꝙ conferant sibi dignitatem et
prebendam proxime uacaturā· uacauit p̄benda ca-
nonicalis q̄ fuit collata ticio·demū uacauit digni
tas que etiā fuit collata ticio·et sic uacauit prima p̄
benda·p cle·si·de preben· Nunquid illam poterit
conferre capl̄m? Dicit ibi la·ꝙ nō sine speciali li-
centia pape·ar·de rescrip·cū aliquibus·li·vi· Alias
essent periuri si numerus esset iuratus·de p̄ben·di
lecto·Dicit tñ ꝙ nō curreret ei tempus donec fuit ī
neglıgētia petendi licentiā·de elec·c·ulti· ¶ Si aūt
numerus nō esset confirmatus p papam/ sed bene
iuratus p canonicos·tunc sequēdo opinionē archi·
de preben·si a sede·que habet nō ualere receptionē
ↄtra iuramentū factā· de quo tangā infra·e·pte·iii·

tunc idem quod·s·puta pmutationem nō ualere·
Sed sequendo opi·nouel·in·c·dilecto·q̄ habet rece·
ptionē ualere/sed canonicos piuros esse/tunc scd̄m
alexan·ualebit pmutatio/sed canonici periuri erūt·
¶ La·tñ in·q·s·proxi·formata solum loquitur de
numero/et tñ dicit canonicos nō posse uenire ꝯtra
Si uero numerus nō est confirmatus nec iuratus/
tunc possunt pmutare· Et idem si ibi nō est nume·
rus·nec obstat dictum io·an·quia ipse loquitur de
pmutatiōe eius quod quis permutat ut suū ꝑpter
uerbum sua ibidem positū·sed prebenda nō ē sua
sed sibi debita·ut no·in clemē· auditor de rescrip·
et sic nō potest eam pmutare· Sed canonicatus su·
us est quod ptꝫ·quia percipit illa q̄ ex illo debētur
et sic illum pōt permutare·quia possessio canonica
tus acqririē cum quis installatur in choro et locaē
in caplo de preben·liꝗ·ii·li·vi· Non obstat tñ qđ
dicit fre·de executoribus· quia illud iam ē sublatū
per id quod·s·dixi·scꝫ ꝙ isti nō expectant/nec sunt
canonici auctāte aplica·et sic executores ulterius nō
habent se intromittere/sed ordinarius·ut predicto
·c·si clericus scd̄m alexan·¶ Collec·infra·e·cū vni
uersorum in q̄rta·q·simplr dicit cum nouel·et fre·
tales pmutare nō posse·Per rationes aūt eorundē

puto simpliciter ꝙ in nullo casu tales canonicatus supranumerarii pmutari possunt· et est ratio· in p mutatione de meo debet fieri tuū et econtra· ut ptꝫ ex ppria interpretatione istius nominis· Et probat̃ ·s· de excep· cum uenerabilis/ prout ibi plene dixi· Et dicam infra post fre· pte· ii· q· viii· circa prin· Et no· in· d· c· licet· infra· e· Modo et tu et ego habentes duos canonicatus/ illos inuicem permutare uolumus/ impossibile est de iure ꝙ meus canonicatus fiat tuus· uel ꝙ tuus canonicatus fiat meus· qa isti canonicatus supnumerarii sunt personales· et cum electis nascunt̃/ et desinūt cum defunctis· ut predicto· c· dilecto· in uer· pterea licet· et sic nō possunt trāsire de persona in psonam· quia statim qnando a personis recedunt/ tūc esse desinunt· Et ideo si hñs canonicatū supnumerariū assequat̃ prebendam cū canonicatu supernumerario/ extinguit̃ canonicatꝰ supernumerarius· quia in illo nō potest cadere uacatio· ut no· p ber· s· de preben· dilectus· et per guil· de mō· lau· in clemē· si iuxta· de preben· put scripsi utrobiqꝫ· Et ex ista etiā ratione infert̃ propositum de directo· quia cessante uacatione/ cessat collatio q̃ in pmutatiōe est necessaria scđm omēs· Et facit bene pro predictis vnū quod dicit lap· et alex· uidelicꝫ

ꝙ canonicatus ex causa huiusmodi permutatiōis collatus/nō est apostolicus neq; affectiuus neq; supernumerarius·et sic nō ille qui per prius erat et ꝑ quem non potest dici ꝙ de meo tuū factum fuerit et econtra·et sic nō est proprie permutatō·quia nec talis canonicatus supnumerarius proprie dicit̄ beneficium effectualiter/eo ꝙ prebendario nihil prebet/immo nec etiam descriptiones·ut patet ex his que scripsi·s·de cōstitu·cum·m·in·vii·q·ar·i·q·iii·si quis obiecerit· Licȝ fatear ꝙ canonici si alias ad eos pertineat/possint certo casu numerū frangere et eos recipere·sed nō ex causa pmutationis/ut inuiti/sed ex mera liberalitate tanquam uoluntarii·Et miror ꝙ in hoc tanti uiri errauerunt sine causa·

SEcundo queritur an habens beneficium tenue/ illud permutare ualeat cū habente pingue/ ita ꝙ permutatio non sit nulla ex qualitate·Fredericus formans questionem tenet ꝙ non est nulla· et dicit ꝙ in ista opinione semper fuit· dicit tamen ꝙ talis est qualis presumptio fraudis quia non est presumendum ꝙ uelit quis descendere/uel res suas iactare·de renuntiatione·super hoc

Fatetur tamen q̄ hec non est sufficiens probatio.
Et subdit q̄ sibi maxime placent notata in.ca.licet
per cardi.et nouel.super glo.pone .uer.io.mo.que.
rit sic inquiens. Pone q̄ habens beneficium pin
gue permutet cum eo qui habet tenue/ nũquid eo.
